



2
3
4
5
6.
7.
8.
9.
10
11.



10.

G. 5. num. 36. XXI.
~~220.~~

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

1675 13.

32

DE
TAXA,

sive

St. Tax-Ordnung/

QVAM

DIVINA FAVENTE GRATIA,
Authoritate & Decreto

MAGNIFICI, NOBILISSIMI
ET AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ARGENTORA-
TENSIVM UNIVERSITATE


PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac Privilegia
DOCTORALIA legitimè consequendi,

*Publico & Solemni Eruditorum Examini
sistit*

JOH. RUDOLPHUS Saltzmann
Argentoratensis.

Ad diem 15. Mensis April. h. l. q. consuet.



ARGENTORATI,

Typis JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO clb lbc LXXV.



V I R I S
GENERIS NOBILITATE,
MUNERIS DIGNITATE,
CONSILIORUM GRAVITATE,
MERITORUM AMPLITUDE,
& EXCELLENTIA
Maxime conspicuis,

DNO. JOH. ULRICO
FRIDIO,
JurisConsulto Illustri, & Inclytæ Reip. Argento-
ratensis Consiliario Gravissimo,

DNO. BALTHASARI FRIDE-
RICO SALZMANNO,
SS. Theol. Licentiato & Summi Templi
Pastori meritissimo,
Patronis Optimis,
Parentibus beneficentissimis,
Illi Civili, Huic Naturali,
etatèmpie devenerandis,

Hanc Dissertationem INAUGURALEM
inscribere, eâque Animum
gratum, devotum, filialem testari,
*se suaq; studia ulteriori benevolentia
commendare voluit*

JOH. RUDOLPHUS SALZMANN.





I. N. D. N. J. C.
 DE TAXA.
 THESIS I.

Secundum Doctrinam Logico-
 rum aliâ definitione Nomen, sive materiale,
 aliâ Res ipsa, sive formale explicari solet; id-
 circo exemplo Jctorum *l. 1. pr. ff. de f. & f. l. 1.*
pr. ff. de Acq. vel Amitt. Poss. l. 1. ff. de Furt. il-
 lam huic præponam, quò ex Etymologia, Ho-
 monymia, & Synonymia vim vocis quis capiat.

TH. 2. Vox, *Taxa*, derivatur à verbo *Taxare*, i. e. pres-
 sius, crebriusque Tangere. *Aul. Gell. Noct. Attic. l. 2. c. 6. Bec-*
mann. in Origin. in verb. Tangere. cum *Taxâ*, contrahentium ava-
 ritia pressius tangitur, quàm simplici aestimatione, à quâ recede-
 re licet. arg. *l. 13. pr. ff. de præscript. verb.*

3. Varias, cum hæc vox habeat significationes, operæ pre-
 tium censeo, vocem hanc ab *ἑνομασία* liberare: neglectâ enim
ἑνομασία notatione ad *νομασία* notitiam perveniri vix posse,
 docet *Paurmeister. de Jurisd. lib. 1. c. 1. n. 1. & 2.* Sumitur I. ut Ju-
 stinianus author est in *Nov. 82. c. 10.* pro summâ quâdam pecu-
 niæ ab eo, qui iudicio præest, definitâ; id quod plerumque fit
 Jurisjurandi in litem refranandi causa. *l. 4. §. 2. ff. de in lit. jur. l. 3.*
§. 2. ff. ad exhib. l. 18. f. pr. ff. de dol. mal. l. 9. C. unde vi. l. 68. ff. de
R. V. ubi effectus hujus Taxationis è contrario elucet, quâ d. l. 68.
 Doctores variè explicant. II. Pro Certo, *l. 3. f. C. de inutil. stip.*
l. 1. C. de rer. permut. III. Pro præscriptionibus quibusdam ver-
 borum in Testamentis vel Contractibus, quibus oratio aut co-
 ercetur, aut dilatatur: quæ plerumque efficiunt, ut minùs, quàm
 dictum sit, debeat. *l. 39. §. 1. ff. de contrah. emt. ibiq. Gothofr. lit. i.*

ubi *Bartolus*, qui colligit Relativum Qui, Quæ, Quod, junctum verbo futuri temporis facere conditionem, allegatur; interdum, ut plus, l. 40. §. 2. ff. de contrab. emt. l. 202. ff. de V. Sign. IV. Pro Reprehensione à Tangendo, quod sit Taxare, veluti convitiis tangere, unde Taxatores (*Festus inquit*) à Scenicis dicuntur illi, qui alterutrum maledictis tangunt. *Calvin. in Lexic. Jurid. voc. Taxator.* V. Pro Æstimatione, *Justin. lib. 5. c. 8. n. 11. ibi: ruina taxata sint. Senec. Consol. ad Marciam c. 19. Tanti quodq; malum est, quanti illud taxavimus;* quo sensu dos vel datur æstimata, vel inæstimata. l. 30. C. de 7. dot. quæ æstimatio fit vel venditionis gratia, vel taxationis, quando pretium hunc in finem adjicitur, ne, si species aliqua deminuta aut deperdita fuisset, alio pretio, quàm quo taxata fuit, reposcatur; *Dd. ad l. 5. l. 10. l. 21. l. 30. C. de 7. dot. C. 7. A. XXIII. 3. 13.* quam æstimationem à Testatore factam, nullam tamen necessitatem inducere, fatetur *Bartolus ad l. 77. §. 30. ff. de leg. 2.* VI. Denique pro æstimatione justa & solenni; quam significationem hîc imprimis pro ingenii viribus, implorato prius divino auxilio, tractandam suscepimus.

4. Indigitatur Taxa aliis verbis Taxatio, Pretium legitimum, justum, lege definitum. Hisce ita pro explicatione nominis positus, ad definitionem realem progrediamur.

5. Taxa definitur pretii, in Emtione, Locatione, similibusque causis, à Magistratu constituta, vel homine in ultima voluntate justa definitio s. æstimatio. Ubi I. Pretium dictum quasi peritium; quia statui & mensurari debet ex opinione communi l. 63. ff. ad L. Falc. eorum, qui earum rerum periti sunt, non pro ut cuique videtur, quod *Varroni* placet teste *Johann. Gæddeo ad l. 193. n. 2. ff. de V. S.* adde *Becmann. in orig. in verb. reciprocum. Novius Grammaticus ille inquit,* pretium dici, quod præeat & demonstret, quis cujusq; rei sit valor. Propriè notat solam Emtionem Venditionem, l. 1. pr. ff. de contrab. emt. l. 1. ff. de rer. permitt. ut merces, pensio s. canon, reditus vel redactus Locationem Conductionem. At de prædiis tantùm pensio dicitur, reditus vel redactus, merces etiam de operis. *Cujac. 4. obs. 26. med.* Interdum tamen complectitur mercedem Locationis, Conductionis, (quæ acceptio & hujus est loci) ex l. 28. §. 2. ibi: pretium conducti-

conductionis. ff. Locat. conducti. l. 10. f. ff. de A. vel A. P. Sic pretium operæ, in l. 52. §. 2. f. ff. pro socio. II. in Emptione & Locatione, de quibus potissimum hic acturi sumus. Nam de aliis Taxis tantum incidenter tractare animus est. III. A Magistratu constituta vel homine in ultimâ voluntate, de quibus tanquam causa efficiente paulò post. IV. Justa. (1.) ut pretium æqualitatem habeat cum re vendita, l. 1. pr. ff. de contrab. emt. (2.) ut fiat à Magistratu vel homine in ultima voluntate solenniter factâ, quæ Legi non derogat. arg. l. 55. ff. de leg. 1. cùm extra hunc casum voluntas hominis ultima pro lege sit servanda. c. ultima voluntas. 4. 13. q. 2. l. 1. C. de SS Eccles. Nov. 1. in pr. §. 1. Nov. 22. c. 2. V. Definitio s. æstimatio, quæ non ab ipso hic differt pretio, aliàs pretium ad venditionem, æstimatio ad alias causas refertur, ut Cuiac. & Gloss. benè notant ex l. ult. §. & ne avaritiæ, ibi: quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis loci, qui ad aliam personam transfertur accipere: in primis si junctim sunt posita, nec cogitandum, verba esse otiosè & sine ministerio operandi adjecta. Bald. in rubr. C. de contrab. emt. n. 9. arg. l. 109. pr. ibiq. Gothofr. de leg. 1. l. 34. §. 1. vers. Modestinus. de leg. 2. l. 12. ff. de reb. dub.

6. Taxa est I. vel judicialis, vel extrajudicialis, de illa vid. Berlich, p. 1. concl. Pract. concl. 81. seqq. Hæc maximè nostri est instituti, uti diximus. II. Alia est perpetua, alia temporalis, Nov. 122. §. 2. F. 27. §. 4.

7. Constituitur hæc Taxa vel Lege, vel Consuetudine, vel per Testatorem. I. Lege s. Statuto per Magistratum jus leges ferendi habentem latâ: Unde ad publicas potestates spectare jus nostrum apud omnes in confesso est. Ejusmodi autem potestas in summo Principe residet potissimum; in reliquis verò Reip. moderatoribus ab eo derivatis & dependentibus, quantum LL. Consuetudine, aut peculiari ad id facultate illis fuerit concessum. Molina de Contract. Disp. 364. n. 1. Romani, qui diligentes in conferendis variis officiis pro utilitate publicâ hoc officium Præfecto Urbi obtulerunt, (quæ Præfectura urbana Magistratus antiquissimus fuit, ut puta qui Regum tempore cœperit. Regibus enim domo abeuntibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subditis mede-

retur. Ferunt à Romulo Dentrem Romulium, à Tullo Hostilio Numam Marcium, à Superbo Spurium Lucretium impositos; quemadmodum *Cornel. Tacitus author est. Annal. lib. 6. 11. 2.* Postea Regibus exactis, cum Consulibus etiam foris Remp. administrantibus, eundem morem creandi Præfectos aliquandiu esse servatum ex *Livio* patet *l. 1. f. c. 39.* ubi de Bruto Tribuno Celerum differens ait: *Imperium in urbe Lucretio Præfecto Urbi, jam ante à Rege instituto, reliquit*) ut annonæ habeat curam, & rebus ad victum spectantibus, puta carni, justum statuatur pretium, quo præbeatur. *l. 1. §. 11. ff. de Off. Præf. Urb. l. ult. §. 1. ff. de L. Jul. de annon.* quo Magistratu M. Anton. Imperator functus est, teste *Gothofr. ad l. 2. §. 33. ff. de O. 1. ex Capitolino.*

8. Eandem curam in rebus ad victum pertinentibus, pretiique earundem definitionem Jus Canonicum etiam *Episcopo Urbis* imposuit in *c. 1. X. de Emt. vend.* quam provinciam antea quoque *Imp. Episcopo Christiano* demandarunt, cujus verus cultus est adjuvare pauperes, & positos in necessitate *l. 1. C. de Episc. and.* Diversi ab hoc Christiano Episcopo sunt Episcopi, quorum mentio fit in *l. ult. §. 7. ff. de muner. & honor. ibiq. Gothofred.* ubi *Arcadius Charesius* hos quoque pani & cæteris rebus venalibus, quæ Civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, præesse scribit, quales sunt apud nos; quos *Magistros Opificiorum* vocamus:

9. Pretii justii arbitrium etiam *Civitatis* permiserunt *Dd. arg. l. 49. §. pen. ff. de leg. 1.* ita tamen, ut Legem generalem faciant. *l. ult. §. 1. ff. de L. Jul. de annon.* Sed statuere Legem certis personis tantum, ut *Judæis* vel aliis nequeunt, ita *Bartol. in l. nemo. 9. n. 2. C. de Jud. & Coelicol.* quamvis regulariter Civitates municipales mero mixtoque destituantur Imperio. *l. 26. ff. ad municipal.* cum merum Imperium competat soli Præsidi provinciae in provincia. *l. 3. ff. de Offic. Præs. l. 6. §. qui universas. 8. ff. d. e.* frustra enim tale quid constitueretur, nisi illud quoque Civitas tueri posset. *arg. l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei &c.* Quasdam quidem Civitates præscis olim florentis Reip. temporibus mixtum Imperium habuisse ex *Paul. Bus. lib. 2. subtil. jur. c. 14.* affirmat *Matth. Stephani de Jurisdic. l. 1. c. 12. n. 36.* Add. *M. Lyclam. lib. 5. membran. Eclog. 3.*

eclog. 3. Verum hodie illos non jurisdictionem solum, & mixtum Imperium, sed & merum non proprio & Magistratus municipalis jure, sed titulo vel Emptionis, vel Donationis, privilegii, consuetudinis vel praescriptionis sibi vindicare colligit Maximilian. *Faust ab Uschaffenburgk. de Arario class. 3. cons. 57. seqq. ex arg. c. un. de pac. Constant. §. Nos Romanorum Imperator. Ec. ibi: in Jurisdictione tam in causis criminalibus, quam in causis pecuniariis. Ec. cum quo consentit Gloss. ad d. l. lit. d.*

10. Propter utilitatem summam quamlibet Civitatem pretium grani definire posse tradit *Matth. de Afflict. ad c. 1. §. 4. 2. Feud. 27. de Pace tenend. §. eius violator.* cui non adversatur, quod Imperator Antoninus & Verus AA. rescripserunt in *l. ult. §. 1. ff. de L. Jul. de annonâ.* Jus non esse ordini cujuscunq; Civitatis pretium grani, quod invehitur statuere, &c. *Resp. Bartolus,* Rescriptum hoc accipiendum esse de pretio injusto; justum verò pretium ab omnibus Civitatibus constitui posse ac debere. Alii aliter respondent, ut *Albericus de Rosate ad d. l. Perez. ad Tit. C. ut nemin. hic. in Empt. specier. Ec. 10. 27. n. 9.* ubi distinguit inter victualia in Civitate natâ, & foris apportatâ, quæ sæpè magno cum periculo afferuntur; jam, si moderatum pretium victualibus, quæ foris advehuntur, imponeretur, ubi deberet oriri abundantia, sequeretur penuria contra omnia jura, quæ volunt, ut tempore inopiæ alliciantur exteri ad vehenda cibaria modis omnibus. *fac. Covarruv. lib. 3. variar. resolut c. 14. n. 3. in med.*

11. Hodie in benè constitutis Rebus publicis pretia publicari videmus sub comminatione certæ pœnæ: vulgò **offentliche Tax.** In Inclyta nostra Republ. idem à Magistratu observari plures docent Constitutiones Taxam praescriptam tenentes. Praefectis publici vectigalis, quod pro rebus venalibus importandis vel deportandis pendi solet, vulgò **das Ungeld;** Taxa vini à cauponibus emensurandi commissa est; Conveniunt ferè cum his Taxatores delegati, **die Käuffler & Weinstischer/** qui debent esse jurati. *l. 6. §. his illud. vers. mobilium verò rerum justis pretiis estimatione habitâ Ec. C. de sec. nupt. arg. l. 9. C. de testib.* non quidem ut de veritate jurent, si saltem juramentum credulitatis praestiterunt, credentes in sua conscientia rem

non

non majoris vel minoris esse pretii, quam prout ipsi eam aestimaverunt. *Berlich. p. 1. concl. 83. n. 7. Rauchbar. quest. 46. n. 7.*

12. II. *Consuetudine.* Nullâ extante Lege sequamur illud, quod in regione agitur & probatur. *l. 34. ff. de R. I. l. 32. ff. de LL. nec minorem habet effectum ipsâ Lege. d. l. 32. & seqq. §. sine scripto 9. l. de I. N. G. & C. modo ut (1.) sit rationalis. l. 2. C. quæ sit long. consuet. quæ Legem & abrogare potest. §. II. l. d. t. c. ult. X. de consuetud. aliâs secus d. l. 2. quam de irrationabili consuetudine accipiendam patet ex eo, quod ibidem consuetudo non tantum Legi, sed & rationi opponatur; Hujus l. 2. plures habentur solutiones in *Aur. Bicc. preloq. §. 45. n. 3. nec mirum, cum ne Lex quidem ratione tanquam animâ carere possit. l. 7. ff. de bon. damnat. (2.) Ut sit actuum frequentia. l. 1. C. quæ sit long. consuet. judiciales an extrajudiciales sint, nihil interesse probat Ludvvell. Exercit. 1. th. 14. lit. e. ex l. 28. C. de Transact. Gail. 2. obs. 31. n. 8. (3.) Temporis diuturnitas. l. 33. & 35. ff. de LL. §. 9. l. de I. N. G. & C. Ad probandam rei Taxam non sufficeret, etiam si probaretur, quod tali die, talis mercantia fuit emta & vendita pro tanto, quia non debet fieri consideratio tam brevis temporis, sec. l. 123. §. 1. ff. de R. I. ubi temporaria permutatio jus provincie non innovat; quanto autem temporis spatio consuetudo introducatur, pro negotiorum varietate definiri debet, cum consuetudo sit facti: quæ autem sunt facti, ea arbitrio relinquuntur iudicis. arg. l. 1. in f. ff. de l. delib. l. 32. pr. ff. de Usur. Consuetudinis inveteratæ auctoritatem Imperator Justinianus in *Nov. 122.* sub pœnâ servandam & colendam constituit, mandans, ne quis mercatorum, artificum, agricolarum, & nautarum plus exigat nomine pretii vel mercedis, quam vetus consuetudo & mos ferat.**

13. III. *Testatoris ultimâ voluntate* Taxa perficitur, quæ pro Lege servanda est. *c. ultima voluntas 4. 13. qu. 2. l. 64. ff. ad L. Falcid. cum impium eam negligere. l. 5. §. 2. C. de Neceß. hered. instit. l. 7. C. de manum. testam. licet heredem damnasset. arg. l. 49. §. pen. ff. de leg. 1. limita hîc requiri, ut Testator heredem gravasset vendere, & in gravamine expresserit certum pretium; secus si gravasset non expresso pretio, tunc intelligeretur de justo pretio.*

tio. *d.l. 49. §. pen. & ult. d. r.* Testator enim res suas alienare si prohibere potest, modò omnis fraus absit. *l. 114. §. 14. ff. de leg. 1.* quæ prohibitio tamen naturam, Ius Gentium & LL. quodammodo restringit, arg. *l. 34. §. 1. ff. de contr. emt.* etiam rebus suis alienandis certum imponere poterit pretium, cùm quilibet rerum suarum sit arbiter. *l. 21. C. Mandati.*

14. *Matth. de Afflict. tr. de Jur. prothomis. ad Constitut. Frederici §. 2. n. 20.* veritatem in contrarium esse, asserit, adeoque æstimationem factam per Testatorem nullam inducere necessitatem per *l. 77. §. 30. ibiq. Bartol. de leg. 2. l. 81. §. 4. ff. de leg. 1.* Verùm hæc quæstio, ex Testatoris voluntate erit decidenda. Nam si voluit aut rem legatam ita æstimare, ut res ipsa vel ipsius præstetur æstimatio certa, aut voluit res vendendas certo æstimare pretio; his casibus excedi æstimatio nequit. arg. *§. 4. l. de legat. l. 49. §. ult. ff. de leg. 1.* aut voluit æstimare contra LL. vel Quarta, quæ per L. Falcidiam retinetur, neque æstimatione Testatoris non magis minui quàm auferri potest. *l. 15. f. ff. ad L. Falc.* aut portiones æstimare hereditarias, quâ æstimatione strictè observatâ Testator partim testatus, partim intestatus moreretur, quod J. Civ. in paganis non licet. *§. 7. l. de hered. instit.* ne tamen planè intestatus moreretur, jure accrescendi singulis singulas portiones accrescere fecit Imperator in *§. 8. l. de legat.* Et his casibus propter favorem ultimæ voluntatis ab æstimatione Testatoris recedi interdum posse videmus. *d. l. 77. §. 30. & d. l. 81. §. 4.*

15. Datur *Taxa* in *Contractibus* vel in *delictis*; In *Contractibus* imponitur vel *rebus emendis*, vel *locandis*, iisque tam *mobilibus* vel *immobilibus*; tum *corporalibus* vel *incorporalibus*; sub quibus comprehenduntur *opera*.

16. In genere omnibus ferè rebus *Taxa* imponi potest, quæ emi vendique possunt. Venire vel locari possunt omnes, quas vel natura, vel jus Gentium, vel mores Civitatis, vel Testatoris voluntas, vel pactio contrahentium nominatim commercio non exemit. *l. 34. §. 1. ff. de contrah. emt.* In specie taxantur *1. res mobiles venum exposita*, quarum quotidianus est usus. arg. *l. ult. §. 7. ff. de muner. & honor.* ut nimirum justo pretio

Panis ematur, olus, vini sextarius: adde

Quæis, humana Tibi doleat natura, negatis. *Horat. Satyr. 1.*

B

idem

idem probat J. Canonicum, c.1. X. de Emt. & Vend. Inter XI. Romæ fora, duo animalibus vendendis erant destinata, quorum alterum boarium, alterum suarium (cujus cura ad Præfectum Urbi pertinebat, l.1. §.II. ff. de Offic. Præf. urb.) vocabatur, ubi tantùm sues veniebant, quos educandi magna veteribus fuit cura, cum & carnis exhibent copiam. vid. Plin. lib.8. c. 51. quare creatus est Tribunus fori suarii, qui curam habebat, ut justo pretio & sine fraude ac morbo sues venderentur. Hujus inscriptionem Romanam vid. apud Panciroll. in Notit. Imp. Orient. & Occid. lib.2. c.12.

17. Imp. Arcadius & Honorius statuerunt, panem fiscalem atque Ostiensem uno nummo distrahi, ne plebs devocaretur à negotiis frumentationis causa, imposita pœna iis, qui pro majori pretio supplicare ausi fuissent. l.un. de pret. pan. Ostiens. lib.14. C.Theodos. tit. 18. Extant variæ Imperii Constitutiones Taxas statuere jubentes, utputa von der Renter Tax, Ordnung. in Recess. Spir. de Anno 1570. §. Und damit.4. Recess. Rarisbon. de Anno 1598. §. Und als für.32. §.Und weil ohne. 35. von dem Apotheker Tax. Recess. Francof. de Anno 1577. tit.34. Taxam Medicamentorum tam simplicium quam compositorum in Officinis Argentinensibus prostantium, aliarumque rerum & Opificiorum Taxas typis imprimere Inclita nostra Respublica nunquam defuit, ne pretium earum, ultra justum & æquum augeatur.

18. Frumenti pretium rarissimè taxandum esse censuit Navarrus in Manuali. c.23. n. 88. ad stipulante Molinà T.2. de Contract. Disp.365. n.14. propter varias rationes, quas adducit, & quod ea occasio esse soleat, multorum peccatorum: in primis si non intra latitudinem justis naturalis Taxa sit statuta, cum difficile admodum privatis sit, injustitiæ condemnare Legem publicam, arg. l.3. C. de Crimin. Sacrileg. vel magnum pati damnum ex frumento minus justo pretio vendendo. Unde Legislator, si ex aliquâ suâ lege metuat grave detrimentum spirituale multorum oriri, vel fragilitate, vel etiam malitiâ subditorum, tenetur charitatis præcepto ab eâ lege ferendâ abstinere, præsertim si alia via æquè benè consequi possit intentum ac finem ejus Legis. In re autem proposita, maxima illorum est copia, qui cum gravissimo

viffimo animarum periculo Legem Taxæ etiam juftam transgre-
diuntur, dum non folùm lethaliter peccant, fed etiam ad resti-
tutionem sub pœna æterni interitus tenentur, à quo vinculo fe-
mel contracto, multi funt, qui restituendi difficultate, & quod
multùm DEUM timeant, nunquam liberantur. Frumentum
enim non res est, quæ ab uno, aut ab altero folùm venditur, fed
à quàmplurimis in unaquaque Civitate, & ab omnibus ferè a-
gricolis, in magnâ aut parvâ quantitate, & infuper non fit res,
quæ in publico femper vendatur foro, fed occultè in domibus
privatis, ac fine testibus, quâ ratione liberius, lucri cupiditate
Lex violatur, & sæpius constitui folent imminuta pretia, & ab
exteris publicè in longo majori pretio vendatur, ut mercatores
ultrò offerant pretium ultra lege taxatum, propter majus lucrû,
quod confequuntur deferendo ac vendendo illud in locum vi-
cinum, ubi frumentum non est taxatum; Nec tamen permitti-
tur omnibus vendere, quo pretio voluerint, inde sanè Reipubl.
fequeretur pernicies. Verùm cogi poffent illud vendere mo-
derato pretio, curatoribus factis, ut natura rei, spectatis circum-
ftantiis, postulat, atque ut communiter ab aliis eodem in loco
venditur. Imò authoritate publicâ vendi poffet ac distribui, ut
commune bonum ejus populi efflagitaret, reddito illis pretio ju-
fto, relictoque iisdem frumento toto, quod communi bono, ac
neceffitatibus populi, in quo illud habent, neceffarium non effet,
quò & alii ad idem invitarentur. *Molina d.l.*

19. In Inclyta noſtra Republ. confuetudo illa vel obser-
vantia, quâ cauponibus non licet vendere vina aut alia poculen-
ta, niſi prius deguſtata durch die Weinfſicher / probata & taxata
ſint præſentibus Scabinis & Officiali juratis im Ungelde (quale
vectigal vinarium à Chilperico octavam eius vini partem, quod
de prædiis quiſque collegerat, exprimente; originem duxiſſe ait :
Bodinus de Rep. p. m. 1025.) ſub certâ pœnâ, haud irrationabilis,
nec improbanda venit. *Speidel. Obſervat. Præſt. voc. Tax, ords
nung der Victualien / 22.* Nec tamen omnibus Cauponum
fraudibus occurri poteſt, cùm sæpiùs vinum lymphâ ſubtenua-
tum eâdem vendunt Taxâ, ne Jupiter quidem placeret, ſi idem
faciat, quod caupones nunc ſolent. De quo elegans poëma

B 2 Summi

Summi Poëtæ ac Oratoris *M. Antonij Mureti pag. mihi 281.*

Memini Magistrum puero mi olim hoc dicere :
 Summum Jovem facere idem, ut caupones solent :
 Qui vina ut vendant, turbant, miscent, diluunt :
 Nec cuiquam vini simplicis donant cadum,
 Iridem illum, ajebat, in vitâ mortalium.
 Nunquam fortunam simplicem quôiquam dare :
 Sed temperare fata lætis tristia.

20. *II. Res immobiles s. fura:* Nulla, ut hodie mores sunt, est in Europâ Cancellaria, ubi non literæ vel diplomata, actusque vel judiciales vel gratiosi certâ æstimati sunt Taxâ. Sic v. gr. teste *Limneo ad Capitulat. Cæsar. Ferdinandi III. Imp. art. 46. fol. 741.* in Imperio Romano pro Collatione dignitatis Comitum, *want eimer vom Kayser zu einem Grafen gemacht wird* / loco Taxæ solvi debent bis mille aurei floreni, pro diplomate sive Testimonio collatæ huius dignitatis, pro juribus Cancellariæ CC. aurei floreni; pro Collatione Tiruli *Hochgebohren* / Taxa solvitur CXXX. flor. & Cancellariæ XL. aurei floreni. Quid à Cardinalibus solvendum sit Officialibus Pontificiis, quando ad illam dignitatem evehuntur. vid. *Aut. des Cardinal. Huts. c. 14. seq.* Quas similesque Dignitates & potestates interdum venales reddi, exempla docent, de quâ mercaturâ *Bodin. de Rep. fol. 1018.* sequentia scribit: Omnium sordidorum mercaturæ generum, quæ multa ac varia est, nullum sordidius, nullum turpius, nullum detestabilius, Magistratum & honorum est mercaturâ: quæ nunquam tolerabilis esse potest, nisi extremis temporibus, ut salutis publicæ consulatur: quo Venetos Reip. calamitates adegerunt, ut honores & Imperia proscriberent, Ludovico Rege Francorum gravissimis bellis Civitatem premente; contra quos Mercatores potestatum graviter disputat Imperator Justinianus in *Nov. 8. pr.* Alexander Severus Imperator, nunquam passus est, honores juris gladii vendi, quasi diceret: *Necesse est, ut, qui emit, vendat. Ego non patiar Mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire hominem, qui emit, & vendit.* *Lamprid. in Alex. Sever. c. 49.*

21. Tur-

21. Turpius Adrianus Pontifex Maximus, qui non modo Magistratus & Imperia, sed etiam Sacerdotia sub hastâ venire passus est; Clemens VII. Pontifex obsessus ab Exercitu Caroli IX. tres purpureos galeros (Cardinal. Hut) plus danti vendidit. Horum avaritiam indies adhuc crescere magni sumtus pro collatione pallii Archi-Episcopis impendendi demonstrant, quod olim non erat sic: incongruum enim erat, tam de pallio, quam de Ordinationibus aliquid accipere, sub districtâ interdictione vetitum apparet ex *cap. novit. distinct. 100.* Verum hodie Tempia non consecrantur, nisi interventu certi pretii, nemo absolvitur, nemo excommunicatus recipitur, nisi pecunia numeretur, Indulgentiæ nullæ dantur, nisi exponantur nummi, ideo ab iis, qui Indulgentiis frui volunt, tria requirunt: Contritionem, Confessionem, Contributionem; unde Pontanus de liberal. haud iniquè queritur; *ut nullus fama respectus, nullus DEI metus, eorum insit animis: cum lucrum apud eos possit omnia, ref. Faust. de Arario. ord. 1331.*

22. Si renovatur feudum, in recognitionem Domini certis casibus Laudemium solvitur, zur Wiedergab und WiederErkantnuß der Gaben und Wohlthaten/so der Herr mit der Belehnung dem Lehenmann beweiset / ad quod Jure feudali non tenetur. Schneiderv. p. 5. de feud. n. 61. Sylvan. de feud. recogn. Quæst. 20. n. 6. Hartmann. Pistoris. p. 1. Q. 50. n. 6. quod latè respondendo deduxit Jurid. Facult. Jenens. ap. Struv. Syntagm. Jur. feud. c. 10. aphorism. 14. n. 1. Consuetudine tamen, quin introduci possit, dubium non habet, prout ubique ferè observari cernimus, ut vasalli pro renovatione investituræ feudalis, Domino ejusque Cancellariæ rectâ solvendo, pro quantitate feudi aliquid inferre teneantur. Petr. Frid. Mindan. lib. 2. de Mand. & monit. c. 67. n. 7. etiamsi non ubivis laudemium exolvatur, sub laudemii nomine Honorarium exigitur, Schreib. schilling. Wehner. in obs. voc. Handlohn. Ita consuetudine quoque Imperii invaluit, ut Investituræ literæ in Aulâ Imperatoris, certo redimantur pretio, den Lehen. brieff auß der Reichs. Hoff. Cansley zu lösen / und den Lehen. Tax zu erlegen / prout & in actu renovationis Investituræ Serenissimus Dux Württembergiæ JOH. FRIDERICUS

per suos Consiliarios Anno 1608. die Lehen-briefff/nach dem Reichs Hoff, Gansley, Tax 1292. florenis aureis redemit. adde *Limn. lib. 4. c. 7. in Addit. I. p. 436. seq.* quod Electores quidam pro Investitura numerare necesse non habent, secundum *A. B. tit. 29.* reliquis verò Principibus & Ecclesiasticis & secularibus, certa pecuniæ summa inter Officiales Curia Imperialis dividenda, numeranda est. *d. t. 29. add. Arum. in A. B. disc. 6. th. 46. Limn. in Addit. I. ad lib. 4. c. 7. p. 436. Rümelin. diss. 6. part. 3. n. 11. seqq.* hæc consuetudo quomodo interpretanda ut constitutioni *d. l. fin. C. de fur. Emphyt.* congruat, habetur apud *Struv. d. tr. d. c. aph. 12. seqq.*

23. III. Opera, quæ sunt vel hominum, vel brutorum. I. Romani olim habebant cursus publicos, quos nunc & postas appellamus, in quo cursu equorum, quos *Veredos* nominarunt, operis utebantur. *l. i. C. de curs. public. 12. §. 1. l. 12. C. d. t.* nec omnibus evectionum erat copia, arg. *l. 16. C. d. t.* sine quâ cursu uti non erat licitum. *l. 3. C. d. t.* nulli privato, tametsi valuerit impetrare. *l. ii. C. d. t.* præsumebatur enim importunitate aut obreptione obrenta, exceptis benè merentibus ex urgente quâdam causa. *Perez. ad C. d. t. n. 15.* Hodie in hujus locum alios cursus publicos s. postas Imperij ab Imperatore Ordinibusque Imperii esse surrogatos. Germ. Reichs Posten/ Kayserl. Reichs posten / videmus ex *Recess. Imp. Norib. de Anno 1522. §. Item ist be- dacht. §. Recess. zu Eßlingen de Anno 1526. §. Und nach dem Kayserl. Majestät. §. Recess. Spir. de An. 1542. §. Und damit. 45. Capitul. Leopold. art. Und demnach 35.* præcipuè, quò de rerum successu, novis emergentibus & aliis necessariis, ij quorum interest, reddantur certiores; in quibus ordinariè usurpantur equi, quorum operæ partim in transportandis literis & fasciculis pro locorum distantia sunt taxatæ, à qua Taxâ cursoriâ quidam habentur immunes, ut Imperator, Elector Moguntinus, aliq; plures. *Ludov. von Hörnigk de Jur. Postar. c. 6. th. 1. n. 7. seqq.* partim ad hominem transvehendum veredorum operæ certâ locantur mercede, nec ultra tenetur, quamvis ex flagellis & calcaribus deterior sit factus vel extinctus, secus si lignis aut fustibus. *Barrol. & Platea ad l. i. C. de curs. publ.* Harum postarum duo sunt Præfecti; Unus dicitur der General Postmeister im Heil. Reich / (quod

(quod munus feudi titulo Imperator contulit *Comiti de Taxis.*)
 alter nominatur Oberster Erbland-Postmeister (hoc munus feu-
 dali titulo collatum *Baroni von Paar.* apud *Linn.* *Addit.* 2. ad
lib. 2. c. 9. n. 133.)

24. Nonnulli Status Imperii cursus speciales (provincia-
 les, Landposten/Hoffposten dictos) instituere in suis territoriis
 voluerunt. *Hörnigf. d. tr. c. 19. th. 1. n. 2.* Sacri Rom. Imp.
 Civitates suos quoque habent cursus, *Stadtposten/Wesgerpost*
und Nebenposten generali olim Imperatoris diplomate sublato,
 ut qui multum publico detraherent, cui tamen plures maximè
 restiterunt. *Hörnigf. d. tr. c. 19. n. 6. seqq. ubi in mand. Caesar.*
circ. fin. certis conceduntur modis, ibi: ohne einige Abwechs-
 lung/und nicht mehr dann durch eine Person oder Boten/(der oder
 die auch kein Posthörlein führen) und sich anderer gemeiner Brieff
 enthalten sollen. *ic.* II. in operibus publicis & privatis brutorum
 operas quoque taxari reperimus.

25. De hominum operis pro personarum conditione,
 objectique excellentiâ varias videmus definitas Taxas, utpote
 Advocatorum & Procuratorum, in der reformierten Straß-
 burg. *Raths-Ordnung. Tit. von der Procuratoren Be-*
lohnung. In Camera quoque hi jurant, dum recipiuntur,
 quod ultra taxatam à iudice summam nihil à partibus exigere ve-
 lint, uti videre in formula Juramenti, in *Ordinat. Cam. p. 1. tit. 63.*
cum seq. & Tit. 46. Gail. 1. obs. 44. n. 4. *Quæ. An Advocatus*
vel Procurator in propria causa, si adversarius ei in expensas condemna-
tus, aliquid honorarij pro operâ navata, & tantum, quantum alij Ad-
vocato solvere debuissent, exigere possit? Resp. limitatè *Gail. 1. obs.*
151. n. 16. seqq. Cancellariæ Camerali pro redimendis processu-
 bus, Citatione, &c. *Ord. Camer. p. 1. tit. 33. Recess. August.*
de Anno 1566. §. Irrungen. 108. Wehner, voc. Expens. Hodie
 perpetuò loco laborum Cancellariæ exigitur de quovis folio Pro-
 tocolli, excepto folio rubricæ, florenus Cameralis, atque insu-
 per de sententiâ definitivâ itidem florenus, de interlocutoriâ au-
 tem semiflorenus. Et si documentum sententiæ quoque peti-
 tur, pro eo solvuntur 2. floreni. 51. *Cruciger. Blum. in Process.*
Camer. tit. 11. n. 27. Personæ Camerales solummodo dimidie-
 tatem

Quest.

tatem Taxæ Cancellariæ in propriis causis pendere tenentur. idē
 ibid. n. 35. *Juliano Magenhorst, in Comment. ad Ord. Cam. p. 3.*
tit. 50. hujus placita quantitas tabula expressa atque ostio affixa
 propalàm aliquibus in locis solet omnium oculis repræsentari.
 Zu Kottweil nach der Botten Tax. Ordnung / wann ein gebohrne
 Adels, oder höhere Stands, person vor Gericht geladen wird / ist der
 Botten, lohn 20. Kreuzer. wann es aber ein privat, Person ist 2. bz.
 Doctorum & Præceptorum labores mercede dignissimos tue-
 tur facundissimè *Liban. Orat. 2. Tom. 2. pro Rhetor.* Quanquam
 res ipsa pretio nummario æstimari in talibus nequeat, l. 1. §. 5. ff.
de var. & extraord. cogn. labor tamen cuique suus fructuosus esse
 debet. Itaque his non pretium, ut benè *Seneca* distinguit 6. *Be-*
nes. c. 15. & 16. sed operæ solvitur: mercedem non meriti, sed
 occupationis suæ ferunt: quod *JCrus Honorarium* appellat. arg.
l. 6. pr. ff. mand. l. 1. pr. ibi: Honorarium ad remunerandum dari.
ff. si mens. fals. mod. dix.

Quest.

26. Opificum, Mercenariorum, bajulorum, aliorumque
 hujus generis hominum operas taxari, Taxa *Annis 1641. & 46.*
 in *Inclyta* nostra *Republ.* publicata sufficienter probat; *An ve-*
rò Artificum opera certâ æstimari queant Taxâ, ita ut Parrhasi vel
Appellis pictura cum aliorum picturis eodem desiniri possit pretio?
 Ridiculum sanè foret hoc affirmare. arg. §. 35. *l. de R. D.* cū
 longa inter artifices sit differentia ingenii, naturæ, doctrinæ, &
 institutionis. *l. 31. ff. de solut. l. 26. §. 12. ubi Dd. ff. de condict. in-*
deb. Famulis & ancillis variæ præscriptæ leguntur Taxæ in præ-
 laudata nostra *Rep.*; sæpius enim fieri solet, ut hujusmodi ho-
 mines, cū eorum ministeriis valdè opus habeamus, æquitatem
 in extorquenda mercede excedant; *Insonderheit / Generosus*
Dn. à Seckendorff. im T. F. Stad. 2. 8. 9. p. m. 210. inquit: *Wuß*
zumahl zu den Zeiten / da wegen vorher gehender Kriegs, und Ster-
bens, läufften derer Leuthe nicht viel zu bekommen seind / auff die Tag
löhner und Dienst, botten genaues Auffsehen geführet werden / daß
sie bey billichem Lohn und fleißiger Arbeit bleiben / dann ohne diesel-
ben werden alle andere Handthierungen und Haushaltungen ge-
stopffet.

27. II. In delictis quoque Taxa fieri solet; Olim in LL. XII. Tabb. injuriæ reali certa erat imposita Taxa, his verbis: SI. INJURIAM. FAXIT. ALTERI. VIGINTI. QVINQVE. ÆRIS. POENÆ. SUNTO. quæ cum impendio mollior, *Quidam*, inquit Labeo, teste A. Gell. lib. 20. c. 1. p. m. 483. f. *Lucius Veratius fuit, homo egregiè improbus atq; immani vecordia: is pro delectamento habebat os hominis liberi manus sua palmâ verberare, quem sequebatur servus crumenam assium plenam portitans: & quemcunq; depalmaverat, numerari statim secundum XII. Tabb. viginti & quinq; asses jubebat.* Non melioris notæ sunt Pontifices Taxas Cancellariæ edentes Romanæ, arg. l. 1. ff. de receptat. in quibus nullum tam immane delictum, veluti adulterium, incestus, bestialitas, cogitari queat, cujus venia pecuniæ interven- tu parari non potuerit, aut absolutio aut dispensatio impetrari; modo pecunia ad eam rem pro ratione Taxæ parata sit; unde non dispensandum esse cum pauperibus legitur in libris Taxarum sub rubr. de matrimon. causis, eò, quòd non habeant, unde satisfaciant Taxæ ordinariæ. vid. Faust. d. rr. ord. 1331. f. Wolff. lect. memorab. cent. 16. An. 1565. p. 285. seqq. Hisce ingentes illi corras- sere thesauros; Neque enim ad Papatum homines trahit ipsorû devotio, aut purâ conscientia, sed scelerum multiplicium perpe- rratio & litium decisio, pretio comparata, uti vetus habetur que- rela *Abbatis Urspergensis de Curiâ Romanâ, in vita Philippi Bar- barossæ Imp. libello de Taxa Cancell. Roman. præfixa.*

28. Regulariter hæc Taxa absolvitur pecuniâ numeratâ. §. 2. l. de Empt. & Vendit. j. pr. l. de locat. conduct. licet aliàs certif- simum sit pecuniâ interveniente locationem fieri debere. l. 1. §. 9. ff. depositi. dubium tamen movent variæ pecuniæ acceptiones, quas collegit *Ampliss. Bicc. in Aur. sect. 4. th. 96.* ubi in dubio fa- mosior vocabuli significatio eligenda, i. e. de pecunia numerata. l. 7. §. 3. ff. ad SC. Maced. Deinde locatio iisdem regulis, quibus emtio venditio, constat. pr. l. locat. conduct. Alii verò contra- rium probari posse existimarunt ex l. 21. C. de locat. conduct. Ve- rùm locatio ibi est facta olei ponderatione, non quod ab initio merces constituta fuerit in oleo; sed quod constituta primùm merces in pecuniâ, postea solutionis causa in ponderationem

C

olei



olei fit conversa; eodem modo, quo & in emtione & venditione pro pretio pecuniario dari possunt pecora. *l. 9. C. de resc. vend.* Plures responsiones vid. in *d. Aur. d. l.* modo ne hoc solutionis pactum fiat in fraudem Taxæ. arg. *l. 38. ff. de R. V.* cum pacta contra Leges sive Juris regulas facta sint invalida. *l. 28. ff. de pact.* Non lubet de pecunia ipsiusque natura hic excurrere, ne extra orbitam vagari videamur. vid. *Jacob. Lampad. discurs. de Naturæ nummi. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 7. n. 38. seqq.* ubi plures de re monetar.

29. Ne subditi animarum faciant jacturam Legislatores fedulò attendant non solum commoda & incommoda temporalia, quæ Taxam suam comitantur; sed etiam spiritualia in taxandis rebus; quamvis ea reperire admodum difficile, eandemque omnibus adaptari locis impossibile sit. arg. *l. 3. ff. de eo qui certo loc. l. 63. §. ult. ff. ad L. Falcid. §. 34. l. de action.* Ductu tamen prudentiæ (quæ ab arte Civili longè discrepat) pro ratione causarum & circumstantiarum ex æquo & bono Taxa est definienda. arg. *l. 66. ff. de leg. i.* non ex affectu & utilitate singulorum, *d. l. 63. pr.* cum Taxare res sit intellectus; Unde valor rei non potest videri per oculum, sed intellectu prudentiaque est considerandus; nec rerum æstimatio propriè dependet ex perfectione naturali, puta magnitudine, numero aut qualitate physicâ, vel in universum in nobilitate essentia; sed vel ex utilitate aut indigentia earum in vita. Tantò enim majoris vel minoris res putatur esse, quantò ea magis ad vitam necessaria aut utilis, secundum *Aristot. §. Eth. §.* Verùm *indigentia* hæc rectè explicanda est. Non enim idem est, quod utilitas maxima aut necessaria in vita communi, v. gr. Frumento quidem vita communis indiget, ut vix ullâ re magis. At nondum hæc est indigentia, quæ prærium in ubere proventu attollit: sed tùm demum, quando penuria frumenti illis, pro rerum præsentium statu reddit rem arduam. Quotidiana probat experientia frumenta, vina, juvenecos, aliasque res, quibus vita carere non potest, non majore venire pretio, ob usum quem habent maximum atque necessarium, sed viliori pretio, quàm eorum pleraque, quæ minorem præstant usum, comparari. Imò ad singularia divinæ providentiæ humanis

hum
est, q
nece
posu
dam
adm
inuti
num

gistra
tione
& lon
litas
us hab
utilita
fitas
Si ver
in tali
quod
trio se
in div
lius, a
venale
trò in
hâcin
c. 14. m
melior
habeat
ventur
Vectig
ter imp
nes mo
ibi: a
pörur
ctum n
privati



humanis necessitatibus prospicientis munera, hoc referendum est, quod pretio non magno, res omnium utilissimæ & maximè necessariae parantur. *Augustin. de Civit. Dei lib. II. c. 16.* quidem posuit, pro suo cujuscunque usu æstimationis modum, quo quædam sensu carentia quibusdam sentientibus præponantur: Sed ad mensuram justii pretii reperiendam eum parùm dixisse, quando inutilia cum utilibus comparavit, mures cum pane, pulices cum nummis, testatur *B. Bæcler. in dissert. Grot. II. de mens. pret. p. m. 60.*

30. Variè æstimandi pretii plures solent esse causæ à Magistratu observandæ. Justissima I. causa est, *ex negotiationis ratione pluribus paucioribusve impendiis constantis.* Cum è diversis & longinquis interdum regionibus res advehantur diversæ qualitatis, ad veri pretii inquisitionem & vecturarum impendia, prius habito solenni jurejurando, rogare, rei ratio, Reique publicæ utilitas & veritatis utcunque perscrutandæ & assequendæ necessitas suadent. *arg. l. 12. ff. de reb. dub. l. ult. C. ad L. Jul. repetund.* Si verò quidam eorum aliud atque aliud dixerint, Magistratus in tali assertionum varietate, quod rei naturæ convenientius, quodque veritati & æquitati proximius compererit, id suo arbitrio sequetur. *l. 114. ff. de R. I.* Hinc etiam pretium unius rei in diversis provinciæ locis intenditur & remittitur, prout facilius, aut ægrius colitur ager, facilius aut difficilius adferuntur res venales, instruitur forum. Potest imò evenire, ut præmiis ultrò invitandi sint, qui istas difficultates superare velint, quare hæc in re cautè prospiciendum, ut monet *Covarruv. lib. 3. var. res. c. 14. n. 3. in fin.* Non dubium, quin major futura sit copia, & meliori pretio frumenta aliunde advecta distrahenda sint, si benè habeantur vectores, mercatores & agricolæ, neque tributis graventur, aut injuriis afficiantur, coganturque merces aliò vehere. Vectigalia, quæ magnam sumtum constituant partem, prudenter imponi debent, ne Taxa nimium crescat, quod facilè seditio- nes movet. *Recess. Ratisbon. de An. 1576. §. Dardurch daß 17. 117. ibi: auch leichtlich zur Ungedult und schädlicher Empörung Ursach geben möchten. 17.* in primis rebus ad vitum necessariis, quæ olim à portoriis liberæ fuerunt, quantum privati ad usus domesticos ferrent. *l. 4. §. 1. ff. de publican. l. 5. C. de*

*vectigal. l. 203. ff. de V. S. ibiq. Gædd. n. 3. seqq. Klock. de vectig.
 thes. 5. Engelhardt. th. 6. lit. a. & b. Lather. de cens. 1. c. 6. n. 21. &c.*
 Adeò ut consuetudinem in contrarium, non, nisi in casu maxi-
 mæ necessitatis valere putent Interpp. Juris. *Klock. d. l. thes. 59.*
 Idem in Republ. nostra in certis adhuc viget casibus. *Faust. de
 Arario. ord. 523.* generale habet præceptum, in iis rebus, quas
 in Rempubl. inductas aut evectas nolumus, vectigal esse augen-
 dum, quas verò inductas volumus, minuendum. Maximè one-
 rentur barbaræ & peregrinæ merces, res exoticæ, ut vina Malva-
 tica, Hispanica, &c. quæ non tam ad vitæ faciunt necessitatem,
 quàm ad luxum & delicias, & quarum usus divitum est peculia-
 ris, velut aromata, unguenta, gemmæ, & id genus alia, quibus
 Germania nostra ferè est absorpta; Hanc calamitatem jam olim
 deploravit, & quasi intento digito demonstravit *B. Luther. in tr.*
Von Rauffhandlung und Bucher. *Anno 1525. descripto.*
 Daß der außländische Rauffhandel / der auß Kalikut und Indien /
 und dergleichen Wahr herbringet / also solch köstlich Senden und
 Goldwerck und Wirs / die nur zum Pracht und keinem Nutzen die-
 net / Land und Leuth das Geld aufsaugt / solt nicht zugelassen werden /
 wo wir ein Regiment und Fürstenthumb hätten. Et paulò post :
**GDu hat uns Deutsche dahin geschländert / daß wir unser Gold und
 Silber müssen in frembde Länder stossen / alle Welt reich machen /
 und selbst Bettler bleiben.** *Hinc Bodin. lib. 6. de Republ. c. 2. p. 1034.*
 Si quis est, optimè inquit, qui scire de se velit, quodnam genus
 vectigalium immortalis DEO gratissimum, Civitatibus pulcher-
 rimum, Principibus honestissimum, plebi utilissimum videatur?
 Illud est, quod iis imponitur rebus, quæ ad corrumpendos Ci-
 vium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem
 spectant, quò magis Exteri eas apportare deterreantur. Con-
 sultum interdum Politicis videtur, ut augeatur vectigal Fabrili-
 um, Lanificiorum, aliorumque opificiorum, quæ aliunde adve-
 huntur, ut Cives ipsi eadem facere discant, cum ea, quæ du-
 ce arte inveniuntur, majoris sunt pretii, & valoris, quàm quæ na-
 tura peperit. *Fulv. Pacian. c. 3. de vero iustoq. pretio. p. 66. Boterus
 lib. 8. de illustr. stat. c. 3. Sumtibus proxima sunt pericula, labo-
 res, augendo pretio.*



31. II. Ex rerum copiâ & inopiâ, quæ rerum pretia rerum
 augment aut minuunt, in quâ tamen Taxa subditi ita gubernari ac
 contineri debent, ut nec nimix ubertatis vilitate molles ac otio-
 si effecti agrorum deserunt culturam. fac. *Auth. Agricultores, C. de pignor. l. 1. pr. ff. de feriis, l. 1. 15. 20, in f. pr. C. de Agricol. nec an-
 nonæ gravitas eos in paupertatem vel malos inducat actus, quam
 citius seditiones sequuntur. Tacit. Annal. 6. 13. 1. Unde maxima
 Romanorum fuit cura circa annonam, ne plebs fame laboraret,
 cui ad parandum sibi frumentum illud quandoque vilius dede-
 runt atque etiam donarunt; diviserunt & olim panes inter ple-
 bem, qui *gradilis* appellabatur, à gradibus. teste *Panciroll. in not. Imp. Orient. c. 26. & Occid. c. 5. tt. C. Theodos. de pane gradili.* His
 non minorem merita est laudem *Inclyta* nostra Respubl. quæ in
 pauperes & egenos nunquam non benefica in publica vastitate
 & fame maximâ non modò omnis circa vicinix, sed regionum
 longiùs positarum, per bella hujus seculi tantum oneris sustinuit,
 tantum peregrinorum pavit, tam prudenter beneficentiæ ratio-
 nes dispensavit, ut in æternis ejus elogiis meritò is titulus conse-
 crari debeat; vid. *Magni quondam Theologi & Doctoris Schmidij Homil. de Eleemos. & præfat.**

32. Remedia levandæ annonæ & inopiæ supplendæ cum
 cura annotatūt *Scipio Amirat. lib. 12. disc. 3. & Christoph. Forstner. ad Tacit. lib. 12. c. 43.* qui 1. in eo ponunt studium, ut Numinis in-
 dignationem admissorum pœnitentiâ precibusq; placent. 2. In
 Agriculturæ cura, agricolas ad labores excitando, adjuvando, al-
 liciendo privilegiis, quorum in jure nostro plura habentur, ut
*l. 1. ff. de feriis. ibiq; Gloss. & removendo impedimenta. 3. In pe-
 culiari ad servanda in longos annos frumenta struendorum gra-
 nariorum solertia. 4. Dardanarios, monopolas, aliosque hu-
 jus generis, qui attentant, onerant, vexant, flagellant, incendunt,
 vastant annonam, pœnis coërcendo; quorum fraudes, si omni-
 nò reprimi non possunt, saltem in eo coërceantur, ut in foro fru-
 mentario prima emendi facultas, tenuioribus civibus usque ad
 certam horam, & post illos negotiatoribus permittatur. 5. Ve-
 ctigalia frumenti ad Exteros exportandi in immensum augendo,
 ut dispendio deterriti, ab illicita negotiatione, abstineant. Si*

C 3

verò

ectig
 .Sc.
 axi-
 .59.
 t. de
 quas
 gen-
 one-
 lva-
 em,
 lia-
 ibus
 olim
 in tr.
 ipso.
 ien/
 und
 die
 den/
 ost:
 und
 hen/
 34.
 nus
 her-
 tur?
 Ci-
 em
 on-
 ili-
 ve-
 du-
 na-
 rus
 bo-
 II.



verò ob iniquitatem temporum, hisce cautionibus uti non licet.
 1. Curatores sive Præfecti Annonæ sunt constituendi, quorum munus esto omnia procurare. 2. Præmiis negotiatores sunt invitandi, vectigalium immunitate donandi ad tempus, quamdiu fames urget, qui sine ea id muneris pigrius obituri essent. 3. Illius parsimoniam non exigua pars est, si inutilia terræ pondera, validique mendicantes, non obstante *Grot. de J. B. & P. 2. 2. 19.* aliò amandentur.

Quest.

33. Hisce omnibus accuratè perpensis unà cum lucro rationabili, (nam sublatâ spe quæstus languet mercatus. *Gothofr. ad l. 22. §. fin. ff. locat.*) pretium est constituendum; alioquin daretur mercatoribus iusta appellandi occasio ad Taxam reformatam, arg. *l. 17. ff. de minor. l. 1. pr. ff. de appellat.* *Quid si pretium iniquum, multoq; amplius constitueretur, an appellationi populari esset locus?* quemadmodum pro eo, quod Reip. interest, cuiq; datur actio popularis. *l. 1. ff. de popul. act. l. un. §. 9. ff. ne quid in sum.* ita sanè adversus sententiam Reipubl. damnosam, unicuiq; competit jus appellandi, quod species est actionis. arg. *c. 15. §. 61. X. de appellat. c. ad Romanam 8. causa 2. q. 6.* Interdum tamen, si Taxa autoritate publicâ statuta pro re certi ponderis injusta esset per defectum; quia attento valore rei, attentoque labore & expensis expositis, non remaneret justum, moderatum laboris sui ac pecuniarum stipendium, quibus eâ in re negotiantur cum periculo amittendi; neque peccari, neque ad restitutionem teneri detrahendo de pondere, quantum necessarium sit, ut justum ac moderatum maneat stipendium, imprimis verò in panibus aliisque rebus ad victum necessariis, inquit *Molina de contract. disp. 353. n. 32.* Nemo enim tenetur deserere ejusmodi officia Reip. necessaria, arg. *l. 10. C. de SS. Eccles. l. fin. C. si contra jus vel utilitat. &c.* & quoniam pretium autoritate publicâ taxatum, reipsâ reperitur injustum; illa Lex in conscientia non obligat. Quæ enim repugnat fini æterno, estque nutritiva peccati, pro nullâ haberi, nec observari debet. *l. 8. C. de Summa Trinit. c. fin. X. de prescript. c. inter hæc. 33. q. 2. c. erit autem Lex ista. 2. dist. 4.*

34. Neque



Quest.

34. Neque dubio caret, an, cum arctiora incidant frumenta, vili ea pretio popularitatis amore vendere consultum sit? Ammianus Marcellinus lib. 22. c. 32. Juliani institutum hoc nomine reprehendit, quasi inopiam illa vilitas gignere soleat, & famem: Verum Julianus rem exponit, & laude dignam exhibet; quam etiam extollit Juliani laudator Libanius tom. 2. edit. Paris. orat. 10. p. 306. Julianum, cum divites pretia rerum per avaritiam auxissent, convocatis agricolis, opificibus, cauponibus, agoranomis persuadere voluisse, ut æquitati animum accommodarent, legemque de pretio frumenti sanxisse, eamque suo exemplo, prolato scilicet in forum frumento, pretio Legis vendendo firmasse; obnitentibus tamen Senatoribus, & suum frumentum occultantibus. Laudatur ob simile factum Tiberius apud Tacit. Ann. 2. 87. Ammiani tamen iudicium verum fuisse Socrates lib. 3. hist. Eccles. c. 17. docet, popularitatis studio Julianum ultra, quam oportebat fieri, minuisse rerum pretia, ostendens: non considerantem, quid temporis conveniret, & quod multitudo militum provincialibus molesta, copias civitatum absumeret: hinc factum esse, ut caupones & negotiatores metu L. Julianæ foro abstinerent, rerumque inopia, cui obviam ibatur, ultrò eveniret. Sicuti laudari quidem merentur Leges, quæ cupidinem lucri foro arcent, & pretia rebus, præsertim ad victum necessariis, moderata decernunt; ita ratiocinatores boni temporum & futurorum eventuum callidi provisores esse debent, qui rem annonariam tractant. Id quàm arduum sit omnis ævi experientia comprobatur.

35. Non minoris est difficultatis rebus soli ac immobilibus Taxam imponere, quæ ex quantitate fructuum & reddituum fundi constituitur. l. pen. pr. ibi: cum utiq; pro fructuum modo pretium inventurus sit. Sc. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 92. ibi: secundum redditum. Sc. ff. de leg. 1. l. 16. C. de rescind. vendit. ibi: rei qualitas & reddituum quantitas æstimetur. ubi Barr. tribus annis proximis collectorum æstimata, ut Dd. communiter putant per l. 3. C. de apoch. publ. Sc. 10. 22. Justa enim pensio vel redditus æstimantur, qui viginti annis sortem adæquant; quoniam tanto tempore collecta quantitas fructuum constituit verum totius rei valorem. March. Coler. de process. Execut. p. 3. c. 9. n. 150. Salyc. in anth. perpetua.

perpetua, n. 2. f. post Gl. ibi: verb. justa. C. de SS. Eccles. Mascard. de probatt. vol. 2. concl. 652. n. 3. seq. Dinner. in tr. de justo pretio q. 2. quem modum taxandi etiam Imperii Constitutiones de Annis 1530. & 1548. sub tit. von wuchertlichen Contracten. S. und nach dem die Wiederkauffs-Gülden etc. probarunt, & ad quincuncium usurarum rationem reduxerunt. Gail. 2. obs. V. II. VII. 15. IX. pr. quamvis Molinens contrarium fovere videatur in tr. de Usur. & Commere. etc. q. 5. n. 118. Ex perceptione fructuum per locationem conductionem justum definiri posse pretium, item ex redditibus ædificiorum negat Dinner. d. tr. q. 2. n. 14. ubi n. 16. idem negat in castris, quia ejusmodi domus sunt steriles, quarum reditus pretio non respondet: quod non latuit Justinianum Imp. in l. ult. §. 4. sin autem es alienum. vers. sin autem non habeat. ibi: steriles quidem, non tamen inutiles, veluti domus in provinciis pretiosa, vel ubicunq; posita ædificia vel suburbana. etc. C. de bon. qua lib. etc. sed periti æstimationem attentis circumstantiis facere tenentur. l. 6. ff. de cess. bonor.

36. Licet autem eâ Lege nati sint homines, eaque naturæ habent principia, ut consulant, inserviantque humanæ societati; plerique tamen mercatores ac opifices immemores, l. ult. C. ad L. Jul. repetund. quâ Impp. Theodos. & Valent. neminem divini timoris immemorem arbitrantur, ut salutem æternam nullum anteponat commodum; merces & opera sua imprimis necessaria ultra justum æstimant pretium; quin si quid in eis latet vitii, id malâ fide celant, & emtores suâ calliditate circumveniunt; unde res perquam difficilis videtur in foro conscientia esse mercatorem, quo referendum, quod alicubi B. Lutherus ait: Er habe einen Rauffmann gefant / der anffrichtig gehandelt / und mir einen Kreuzer erworben. Hanc avaritiam & lucri cupiditatem inexplebilem jam olim Imp. Justinian. Nov. 122. querebatur, ut nec eo tempore de suâ iniquitate nihil remittebant, quo tamen tempore publicâ calamitate à Deo immisâ, meliores fieri debuerant. Rittershus. ad d. Nov. Quibus fraudibus expellendis Magistratus quilibet solidè prospiciat, & si opus rerum imprimis ad vitam necessariorum, ne in immensum crescant. l. 1. C. de Episc. aud. certa ponatur Taxa, habitâ temporis & loci ratione. l. 1. §. II. ff. de Off. Pref. Urb.

Urb. l. 2. pr. C. ut nemini lic. &c. d. l. 1. C. de Episc. aud. l. ult. §. 7. ff. de muner. & hon. Reipubl. enim interest, ne quis re suâ malè utatur. §. ult. l. de his, qui sui vel al. jur.

37. Constituta ita Taxa obligat omnes contrahentes non indigenas solùm, verùm & alienigenas, quoad ea, quæ ad commercia illa spectant, sicut etiam tenentur ad tributa justè LL. ejus loci imposita, arg. *l. 6. 7. C. de vectigal. & commiss. quia I. eâ conditione ad commercia admissi præsumuntur, ut eis omnibus teneantur LL., quæ magnis cum vigiliis sunt excogitatæ. arg. l. 32. pr. C. de inoff. testam. nisi apertè à Magistratu in publicam utilitatem videantur illis esse remissæ. l. 2. C. de Offic. præf. prat. Or. II. Eorum exemptio maximum Reip. ipsiusque incolis afferret damnum, quia quò plus incolæ lege Taxæ premuntur, viliorique pretio vendere præcipiuntur, eò plus ex natura rei accrescat valor rei vendendæ exteris, dum ipsi soli sunt venditores, incolis vendere taxato pretio nolentibus, quas tamen in utilitatem publicam propriumque in commodum magnis servarunt expensis. III. Nemo plus pretii pro suâ re accipere potest, quàm commune ejus loci, ubi contractus est perfectus. l. 63. ff. ad L. Falcid. non minus etiam Clericos obligat, de quibus *Molin. de Contract. disp. 364. n. 15. Dn. Abafver, Fritsch. de monopol. c. II. n. 15.**

38. Regulariter nemo invitus res suas vendere ac emere cogitur, *l. 70. ff. de R. V. l. 9. ff. rer. amot. l. II. & l. 14. C. de contrah. emt. l. 9. C. de Judæis & Coelic. l. 16. C. de f. delib.* Tempore tamen *I. necessitatis & annonæ caritatis*, annonâ aliisque rebus abundantes. arg. *l. 6. C. de servit. & aq. cogi possunt pretio Lege taxato eas vendere. l. 2. pr. C. ut nem. lic. in coemt. Gloss. ad l. 1. §. II. ff. de off. Præf. urb. Albericus de Rosate ad l. 1. C. de Episc. aud. Panormit. ad c. 1. X. de emt. vend. 5. Myns. 27. Bartol. ad d. l. 1. qui ansam quibusdam Jurisperitis præbuit imbibendi opinionem illam omninò falsam, dum quærens, an quis cogatur aliquando vendere rem suam minus justo pretio; respondet: cogi tempore sterilitatis & carestia, juxta *l. 2. §. cum in eadem. ff. de L. Rhod. de jact.* cum tamen sufficienter se ipsum explicet; nempe quod id intelligatur, quando necessitas est extrema, *l. 1. C. de Episc. aud. Perez. ad Cod. lib. 10. tit. 27. num. 5.* juxta decantatum illud Ciceronis:*

D

SALUS



SALUS PUBLICA, SUPREMA, LEX. ESTO. Nec asti-
 pulatur illorum opinioni. l. 27. §. 3. ff. de usufr. Nam jura pro
 nostra assertione longè apertiora sunt, quæ indistinctè statuunt,
 ut necessaria justo vendantur pretio. l. 1. §. 11. ff. de offic. Præs. urb.
 Molina, de Contract. disp. 365. n. 4. seqq. 2. Ob favorem ultimæ vo-
 luntatis. arg. l. 1. C. de SS. Eccles. 3. Ob favorem publicæ utilitatis,
 cogitur quis vendere locum aptum ad scholas ampliandas, vel ad
 Collegium. Capoll. in tr. de servit. præd. urb. c. 82. n. 5. Rebuff. de
 privileg. univers. Eccl. privil. 100. Ita nec ditiores cives se sub-
 trahere comparationibus frumenti aliarumque specierum pos-
 sunt. l. 1. C. ut nem. lic. in coemt. ubi Imperator Anastasius singu-
 lis mandat provincialibus, ut pro censu & quantitate patrimonii
 comparent & colligant annonam frumentariam, aliarumq; spe-
 cierum provisionem ad publicum usum, vel ob futuræ caritatis
 vel obsidionis metum. Perez. add. tit. n. 4. putat hoc locum ha-
 bere exhaustis publicis horreis. Sicuti è contrario Magistratui
 statuere licet, ne divites ultra certam quantitatem & mensuram
 emant, quò tantò faciliùs & alii frumentum emere possint;
 prout in Civitatibus & Rebus publ. benè constitutis fieri, & in
 nostra jam factum, videmus. Salycet. in l. 1. C. de Episc. aud. Carpz.
 l. 1. Resp. 42. n. 15.

39. Non parum utilitatis Taxa affert, quippe quæ nullam
 pretii læsionem admittit, cùm in indivisibili illa consistit, adeò,
 ut, si pro merce vel operâ aliquid amplius accipiatur, modicum
 saltem, venditio vel locatio sit injusta. arg. §. 5. I de inutil. stipul.
 l. 1. §. 4. ff. de V. O. quia, ubi Lex figit pedes suos, non licet ultra
 transgredi, ut notat Gl. pen. in l. 29. ff. pro socio. fac. huc c. 8. de pæ-
 nit. distinct. 5. c. 9. X. de R. I. Lex enim etsi dura, servanda tamen
 est. l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manum. unde Taxæ excessus restitutio-
 ni est obnoxius, arg. l. 3. ff. de condict. sine caus. l. 26. §. si quis autem.
 C. de usur. Jure Gentium enim condici possunt res ab his, qui
 non ex justâ possident causâ. l. 25. ff. rer. amot. nisi (1.) donatio-
 nis titulo supra Taxam aliquid datum constat, sine Taxæ tamen
 injuriâ, non enim illa præsumitur, l. 25. vers. sin verò. ff. de probat.
 l. 47. ff. de operis libert. l. fin. C. de novatt. Pulchrè inde Fachineus
 l. 2. controu. c. 19. distinguit inter causam donationis manifestam,
 & non

& non manifestam: nisi (2.) pacto interveniente, ut additione in diem plus acceperit, quod contractui dat legem. *l. 22. ff. de R. I.* modò illud rem non gravet. *Felin. ad c. 10. X. de fid. instrum.* cùm ratione oneris annexi res valet minus justo pretio. *l. 79. ff. de contrah. emt.* & propter hoc dicit *Baldus in d. l.* quod prohibitus vendere frumentum pro majori pretio, si vendat cum pacto, quod alia res ematur pro certo pretio, incurrat pœnam; quod illud onus sit pars pretii frumenti, secundum *d. c. 10. X. de fid. instrum.* & *d. l. 79.* unde dicitur ipsum vendere plus, quàm statutum velit. Nec pactum fiat in fraudem legis, quæ vult, ut res pretio vendatur. Lege taxato, adeoque prohibet, ut emtor solvat in oleo, frumento, vino, aut in quâcunque aliâ merce, & quidem minori pretio, quàm quo vendi consuevit, *l. 28. ff. de pact. l. 26. C. de transact. l. 38. ibi: malitijs non indulgendum. ff. de R. V.* Restituere autem tenetur id quod plus acceperit: nisi (3.) connivente Magistratu excessus licitè exigitur ob frumenti penuriam à sciente plures naves in cursu esse, magnam frumenti copiam afferentes, *B. Bœcl. d. disput. de mens. pretij. p. m. 80. seq.* Datur & actio furti contra eum, qui ultra Taxam quid acceperit. *l. 21. §. 1. l. 43. §. 2. ff. de furt. l. 18. pr. ff. de condict. furt.*

40. Dubium adhuc est, num, si pro diversis locis taxata sint diversa pretia frumenti, ut si Argentorati minori pretio sit taxatum, quàm Francofurti, aut Argentorati taxatum sit, Francofurti non, fas sit vendere Argentorati frumenti pretio, quo Francofurti venditur, sed transportandum Francofurtum vendentis sumptibus? Resp. Distinguendo inter frumentum specialiter designatum, & inter tot vel tot mensuras Francofurti tradendas, ex *l. 35. §. 5. 6. 7. ff. de contrah. emt.* in hoc validum licitumque esse contractum, non verò semper itidem in illo, quia, licet Argentorati conventio fiat, perficitur tamen contractus Francofurti. *l. 213. pr. ff. de V. S. arg. l. 8. pr. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.*

41. Contrahentibus se circumvenire naturaliter licet. *l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. §. ult. ff. locat. conduct.* quoniam lex humana populo datur, in quo sunt multi à virtute deficientes, non autem datur solis virtuosis. Et ideò Lex humana non potest prohibere, quicquid est contra virtutem. arg. *l. 42. pr. ff. de R. N.*

l. 144. l. 197 ff. de R. I. sed ei sufficit prohibere ea, quæ humanum destruunt commercium: alia verò habeat quasi licita, non quia ea approbet, sed quia non punit; Hoc ad naturam illius contractus referri ex voto contrahentium pulchrè demonstrant *Impp. in l. 8. C. de resc. vend.* Ne tamen votum injusta affectet, ei rei modus est præscriptus in *l. 2. C. de resc. vend.* non in totum abrogata, uti absurdè nonnulli sunt opinati. Minimè verò hæc circumventio procedit in Taxâ, arg. *l. 2. C. d. t. j. supr. dict.* unde, si minus Taxâ venditor vel locator ex re locatâ receperit, simulatus præsumitur contractus, quasi non habuit verè animam vendendi, sed potius pignorandi, quod nemo præsumatur suum jactare. *l. 25. ff. de probat.* vel contractus redditur illicitus & nullus, arg. *l. 15. ff. de condit. instit. l. 28. ff. de pact.*

42. Nonnunquam Avaros, qui gratius aurum quàm Solem intuentur, *c. sicut ij. 8. distinct. 47. prodit Taxa. Rutger. Rusland. lib. 1. c. 24. n. 15.* quales neminem nõ præsumi facilè colligi potest ex *Respons. Pauli in l. 25. ff. de probat.* Hoc tamen maximè procedere Dd. dicunt 1. in Clericis, *Gloss. in cap. si pluribus. 24. ibi: majoris. de præbend. in 6to. § c. quia nonnulli. X. de Cleric. non resid. 2.* In Mulieribus, arg. *l. 4. f. ff. ad SC. Vellej. ibiq. Gl.* 3. In Medico, *Tiraquell. tr. de Nobil. c. 31. tit. an ars med. nobil. derog. n. 437. vers. hic prætermitto*, cujus merito Æsculapium à Jove fulmine ictum refert, 4. In Judicibus. *Nevizan. in Sylv. nuptial. l. 5. vers. judicandum.* Hinc pictores pingunt quinque: Papam, Judicem, Militem, Agricola, & Fœminam, & subscribunt Papæ, quòd orat pro illis quatuor; Militi, quòd defendit illos quatuor; Agricola, quòd alit illos quatuor; Fœminæ, quòd decipit illos quatuor; Judici, quòd furatur illis quatuor, *Mascardi. de probat. concl. 150. in fin.* Quæ si vera sunt, variè de iis in malam partem præsumere liceret, cum avaritia omnium malorum sit mater, hominesq; excæcat. *1. Cor. 6. 10. Nov. 8. §. 1. circ. fin. c. 5. §. 24. de Elect. in 6.*

43. Iniqua ne quis pro libidine extorqueat, & cum alterius damno locupletetur contra *l. 6. pr. ff. de Off. Pres. l. 5. ff. de calumniat. l. 14. ff. de condict. indeb.* publica & privata postulat utilitas, ut pretia rerum, mercedum, salariorum, &c. statuta, (1.) publicis tabulis sive literis imperentur, quò nemo ignorantiam allegare

allegare queat. *l. 29. §. sed ne. C. de testam. c. cum Martha 6. X. de celebrat. Missar.*, id, quod & in Republ, nostrâ videre licet, quæ Taxam hujusmodi non modò publicis typis imprimendum, verùm quoque valvis diversiorum affigendum jubet.

44. *II. Ut Taxa pœnis sit munita.* Unde Magistratus ordinarius, aliique foro rerum venalium præfecti insidiis & iniquitatibus contrahentium sedulò prospiciant & inquirant oportet in transgressores pœnis subdendos, exemplo Reip, nostræ, quæ hujus rei curæ prudentiam *DD. Quindecimvirorum* præfecit. Addi illis solent Curatores, quibus eadem quidem cura, non tamen eadem potestas; qui, si quid neglexerint ab aliis factum, cum ipsi vindicare aut ad vindicandum indicare deberent, pœnas meritò luunt. arg. *Nov. 122. Epil.* quò contrahentes eò magis deterreantur à detestandâ illâ avaritiâ, & justitia promoveatur. arg. *c. est injusta. 23. q. 4.* In Constitutione *Friderici* (ut *Cujacius* teste *Gothofredo* autumat) *primi*, quæ de pace publica lata est modium frumenti casius vendentes, quàm annona sit taxata tanquam pacis violatores puniri, & totidem viginti libras Magistratui pœnæ nomine exolvere debent, quot maldios carius vendidisse convicti fuerint, *2. F. 27. §. post natalem. 4.* Imperator *Justinianus* in *Novell. 122. c. 1.* Taxæ transgressoribus, ut rem in triplo restituant & inferant fisco, statuit pœnam. Potest etiam civiliter quis agere actione furti. arg. *§. 1. l. de oblig. quæ ex delict. nasc.* nec impedire, quò injustè acceptum ex locatore vel emptore sit restituendum, inquit *Molina de Contract. disp. 364. n. 2.* quamvis illud non sit ultra dimidium justipretii; quia in iis, quæ Lege sunt taxata, ut jam dictum, locum non habet *l. 2. C. de rescind. vend.* Interdum rem venalem capi posse refert *Perez. ad Cod. lib. 10. tit. 27. num. 7. f. ex Vasquez. & alijs.* si præter mulctam pecuniariam addita sit pœna amissionis rei, ob non servatum pretium Taxæ; ubi tamen Clericos ab hisce exipit pœnis.

45. Cùm verò illa, quæ velut in tumultu actionum humanarum sunt collocata & ipsa mutantur. *Novell. 98. pr.* Taxas has propter varias circumstantias occurrentes mutari

D 3 veli

vel expresse vel tacite partim augendo, partim minuendo æquum est, modò id ne fiat ex levi causa. arg. l. 2. ff. de Constit. Principum. c. 8. X. de consanguin. & affinit. Nec probanda est illorum sententia, qui, eâ ratione ducti, quòd frequens mutatio Legum non expediat, asserunt, perseverare debere Taxam, quæ tempore abundantia aut mediocris copia lata est, etiam tempore sterilitatis. Nam sæpius sub auctoritate Juris scientia perniciosè erratur. l. 91. §. 3. ff. de Verb. Oblig. Licet enim aliàs frequens mutatio noxia & certè periculosa sit. arg. d. l. 2. l. 6. in fin. C. de curat. furios. l. fin. §. fin. in med. C. de bon. qua liber. Gloss. ad l. 37. ff. de adopt. in Taxa tamen, quoniam pretium æquale esse debet merci, ut lex injusta non sit, toties sub pœnâ onereque restituendi, mutari lex debet, quoties mutatio circumstantiarum, quæ frequentissima esse solet, id postulaverit. Quær. Mutatâ Taxâ rei in dotem datæ, soluto matrimonio, an Taxa, quæ fuerit tempore dotis, sive contractus sit præstanda, an soluti matrimonij? Verùm resp. Taxam tempore dotis existentem præstandam esse. arg. l. 108. ff. de V. Sign. l. 8. pr. ff. mand. l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 17. ff. de 7. dot. non verò idem in legato à Testatore relicto. arg. §. 4. l. de Legat.

Quæst.

46. Quibus ita expeditis, ut intra destinatæ brevitatis limites maneamus, hæc pro instituti ratione de Taxâ sufficiant dicta. DEO Ter Optimo Max. devotas ago gratias, quod non solùm studiis meis hæcenus præesse, verùm etiam in conscribendâ hâc Disputatione manum benignè dirigere voluerit. Cui & impostertum me, meaq; studia commendo.

Omnia





Omnia *taxantur taxa*; jumenta, metal-
lum,
Et quicquid terræ grandia regnaferunt.
Quæ cum chare probas Frater, (mirabile fa-
ctum!)

Sunt sine qui *taxa*, *Taxa* refert titulos.
Nam quid Cæsareis titulis pretiosius? omnem
Qui *taxam* superant nobilitate suâ.
Artibus & doctis quidnam præclarius esset?
Quas Tibi conjunctas sedulitate facis.
Artibus his igitur, magnis titulisque repletus,
Non poteris doctis non placuisse viris.

*Fratri charissimo
gratulabundus scr.*

Baltasar Fridericus *Salkmann*
SS. Theol. D. & Ecclesiastes.

T*Axa quidem lex est valdè laudabilis, æ-
quum
Constituens pretium pro bonitate rei.
Taxa tamen minuens lucrum vendentis opimum,
Damnatur tanquam res inimica bono.*

Hanc



Hanc verò FRATER dum laudas, laude pa-
ratur

Istà, Doctorum gratia, lausq; Tibi,
Et quamvis minuat questum plerunque; Per-
actis

Illa tamen studiis premia digna dabit.

quod auguratur

Frater


Ludovicus Saltzmann

Med. Ddus.

F I N I S.








Strassberg, Diss., 1674-75

X 2617022

VD 17







10. *G. 5. num. 30. XXI.*
220.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

1675 13.
32

TAXA,

sive
Tax-Ordnung /
Q V A M


Divina Favente Gratia,
Authoritate & Decreto
MAGNIFICI, NOBILISSIMI
ET AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ARGENTORA-
TENSIVM UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac Privilegia
DOCTORALIA legitime consequendi,
Publico & Solemni Eruditorum Examine
sistit

JOH. RUDOLPHUS *Salkmann*
Argentoratensis.

Ad diem 15. Mensis April. h. l. q. consuet.



ARGENTORATI,
Typis **JOH. FRIDERICI SPOOR.**
ANNO *clb* Ibc LXXV.

